



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

**Num. LXIII. ANNI 1676. 7. AUGUSTI.**

**1676**

# EXTRAORDINARIÆ RELATIONES ANNI 1676. 7. AUGUSTI.

Viennâ, 26. Julii.

Quamvis Consiliarii intimi sua de tertio matrimonio judicium Augusto Imperatori proposuerint; nihilominus hac de re mentem suam nondum patefecit. Varias Aulæ huic mentes injicit; insciã se, Trajectum ad Mosam obsideri, tantâ præliatorum,annonæ, nervi, omniumque necessariorum copiâ instructum, ut multorum millium Exercitus fratrâ obsidione illâ posset consumi: huic accedit, Gallos in Flandria nancisci occasionem, plures copias in Alsatiam destinandi, quibus impediatis & annihilatis obsidionem & expugnationem Philippopolensem magis necessariam Confederatis. Currentis sextâ Budæ Ofen Ungarico-Turcicâ Civitate Prætoriani ad unum omnes Officialibus & Ducibus suis rebellaverunt, ultra viginti domos invaserunt, capti Officialia à quibus se purabant læsos, inter ceteras, etiam Orientalis Societatis domum exspoliaverunt, demum, non repertis repudiandis, ad Aulam Gubernatoris sui ruerunt, petentes sibi extrahi undecim Officialia, quicum ad sedandos hos motus irritatis tres eorum tradidisset, sedatioribus non nihil, mox traditorum crudele scilicet paulisper expleverunt, ad priorem animorum tranquillitatem plenè rediit, dum ceteri octo in abditiis latitantes, quorum, si reperti, traçitio à Gubernatore promissa, traditi meritisque suis enibus pœnam luerint. Ad pacis Tractatus præter Episcopum Gurckensem & Comitem Kinsky deputatus est Doctor Baader Consiliarius Tyrolensis. Regina Poloniz accincta est itineri in Gallias, cum Gynece & aliquot Senatoribus tempus ætivo-brumæ ibidem mansura: Rex verò partem Exercitus sui decrevit in Ungariæ & Transilvaniæ finibus, cum altera, auctâ Nobilibus, quam primùm Polipolita Rusinia accesserit, movebit in Turcas, novis affectibus pacem ambiens, timentisque Polonorum arma, cum Mosci, præter Exercitum Livoniz inhabitantem, paratissimi sint & pares, qui irruptionem, quam Tartari minati, à cervicibus Polonorum abstineant, Borysthenemque transeant numerofo Exercitu. Arbitramur hostiernâ S. Annæ festivitate Cæsarem aperturum mentem de tertiâ sponsa.

Viennâ, 26. Julii.

Deputati ad Tractatus pacis Pro-Grammateus Baader aut D. de Scheideler, infirmitatis ergò hoc munere fungi non posse videntur. Comes Leslie abiit ad Hollandicæ castra Orator, Comes de V Vin-dischgratz Bremam cogitat. Quandoquidem Generalis Copp plures sollicitat copias, in hereditariis provinciis novitium militum cepimus scribere. In exordio currentis Julii propè Vratislaviam Simsdorini in Ducatu Olmitensis Toparcha, spectantibus multis hominum millibus, exultus est vivus cum quatuor equis bove & cane, quibuscum multos annos animam corpusq; Sodomitici criminis labe iædaverat.

Hafnia, 28. Julii.

Sveci in Schonen quas mutatas possunt copias corradere dicuntur. eorum Exercitus jam tum novem valens armigerorum millibus augebitur omnibus omnium Civitatum suarum præliariis, brevi numeraturus viginti quinque aut triginta virorum millia, quibus in arenam cum nostris Danorum Regis Exercitu descendat: de hoc hostium proposito dubitamus, nisi prius Proceres dissentientes in unam animorum concordiam coeant, cujus vix spes ulla refuget, cum vallium vulgò ruricola & Ecclesiæ mi-

nus nihilo pecuniæ soluturi, nisi Comes Magnus & non pauci alii eliminati ut primum Stada se dediderit, Generalis Bauditz cum omnibus, quas in finibus Bremensibus alimus copias in Schonen ad castra nostra transibit: Rex insuper exsolvit pecuniam Ducibus, undecim novitiorum legiones scripturis: obli- debimus proximè Malmoe, ex cujus palcis Generalis Duncan bis mille pecora recens abegit. Funus Præsidis Kiehlman ornatissimè vestitum transportabitur Seleviticum. Classis nostra navigat ad Insulam Rugen armis nostris de bellandam, quâ lubacta, Straleiunda lacefetur. Qui in Schonen appulit Orator Anglicus, Mediationem Regis sui nostrum inter & Sveciæ Reges obtulit: ejus Intus rusticorum ex antiquo in hereditarium suum Regem affectu decies mille arma arripient contrâ Svecos, mori edito Regis nostri, quod bellum gerat, irritatus non servatis promissis, vi quorum tenebantur Sveci humanitus habere subditos Daniz quondam avulsos. Nostrarum ratium lex Gottenburgum mari occultent.

Hamburgo, 1. Augusti.

Ante biduum ruri propè Stadam lauto convivio Princeps Cellentis exceptit multos, quibus adfuit ipse Gubernator, Stadenis: ceterum est, proximâ Lunæ præliarios Svecicos celluros Stadâ, hosque pactos conditionis articulos, 1. prælidium cum fercinis & impedimentis suis, binis bellicis machinis, totidem ity mortariis non pluribus more bellico mirgrabit itativis & portis, 2. dies aliquot in vicinis pagis se rencier, 3. origine Sveci ducentur VVistmarium, inde in Livoniam aut Sveciam transportandi, Germanis verò licebit aut obsidentium: armis se accingere, aut quocunque voluerint proficisci cum salvi conductus literis: Confederatis episcopo Monasterien- cium, ut omni in Dioceses Bremensem & Verdensem iura tranferentur ditiones trans Vslurgim: Bre- meryordani mceræ miles Monasteriensis tam diu occupabit, usque dum æs illud solutum. Engelbertus de Kuyter ante triduum huc venit, visusque in syllo hujus urbis, proficiscetur Hâfniam, loco Thalass Al- monde sub Archi-Thalasso Tomp in Classe Danica gesturus armâ. Ex Tractatu Albis, 1. Augusti.

Cæsares sponte sua solvisse septem Deminit Oblidionem, hæc fertur ratio, quod Gubernator ejus loci, adverterens appropere hostem, iusserit canes omnes cellis subterraneis includi, gallis gallinæ- ceis rescandi capita, nullum eususcunty domi ignem succendere, & omnia modestissimo silentio involvi: ne ultra signoy clamores, tumultu aut fumo advertetur superesse in colas aut præliarios: quam ob rem Cæsares existimantes, urbem illam desolatam & derelictam ab inquilinis, accedunt, totque Gubernator latitans in portæ secretioribus admittit, quod putat suis suorumque telis & enibus necari posse, ceteros verò ruinâ pontis, quem incenso incluso pulvere dirumpit, abstinet, ut in admittos eò se videret ferocius. Nuper fama his in oris scopè singebat, Principè Mechlensburgicum ex Anglia in Gallias remeaturum, is verò brevi celoce regiâ navigabit Hamburgum, ubi tempus aliquod consumet. Gubernator Stadenis cum suis origine Svecis Bremam duci frustra pernet, cum suis origine Svecis Bremam duci frustra pernet, ad ditionem invitus carne equinâ coactus. Molcorum Princeps Vigehimâ octava Junii splendissimâ ceremoniâ coronatur est Motopoli.



119

COPYRIGHT - NOT TO BE REPRODUCED PHOTOGRAPHICALLY WITHOUT PERMISSION

**C**redimus certo certius, Marefcallum de Crequy cum Exercitu suo in Alfatiam venturum sed non prius, quã vasa vino & horrea filigine superbierint: Gubernator Brisacensis nã adhuc præter scenum corradit:annonæ Commissarii, quidquid frumentorum potest, jubentur molaribus frangendum committere, cunctaque Illi fluvij Illi navigia attinere, & oneranda farina Lauterburgum transvehendã: ruricolæ octo ante diebus coacti sunt septuaginta currus dare mutuos, qui nervo pleni, comitati octo grandioribus tormentis Brisacensibus, ad Exercitum Gallo-Luxemburgicum descendunt: ad eadem castra proximè Briſiaco transvehentur aliquot mille pyroboli. Galli hõccifaciunt obſidionem Philippopolensem, facillimèque ferri posse suppetias ridendo blaterant: currentis vigesimã textã trecenti denud curfus tarinã & plurimi funibus, ancoris & grandioribus remis & aliis instrumentis & apparatus nauticis gravidi Lauterburgum trans hanc urbem cogitabant: convenienter relationibus annonariorum & armigerorum Gallicorum; qui præteritis diebus hic diversa emerunt; hodie Princeps de Luxemburgh castra movēbit; paucique post diebus innotescēt singulariora. Bis mille Gallorum p̄cipiūs castra Cæsarea in Silez stativa fixisse percipimus.

*Ex Castris Cæsareis propè Spiram, 1. Augusti.*

**O**bsidio Philippopolentis multis obſessorum & obſidentium funesta die in diē promovetur ferocius, ruina parat propugnaculis & mœnibus & toti urbi minatur exitium; nisi victas submiserit manūs, quod futurum brevi speramus? Generalis rei tormentaria Præfectus Margravius Hermannus Badensis tantis, illecebræ arduis & cruentis; progressibus promovit ductas foveas, ut vix triginta passus absit ab hostilibus aggeribus: obſessi, approximationes obſidentium nunc vehementius exoti quã hactenus; vim vi frangere, fulmina fulminibus obturare, clades cladibus vindicantate forcite adlaborant: quos à longè cõspiciunt obſidentiam sclopetis non titillandos, tormentis excitant, quos aciem opinione propi⁹ accessisse animadvertunt; non ob propinquitatem tormentis tangentos, è clandestinis cancellis transfodiunt pro virili sclopetis: hos obſessorum in resistendo conatus inter Duces & gregarios non paucos eheu! experit Princeps Pio, qui in ductis ad propugnacula foveis Stahenbergicis, seu V Verthmullerianis globo tormentario sinistro in latere sub cõxehdice graviter aded vulneratus signa præteritis sub duodecimam meridiam, ut totus venter avulsus à corpore, sentitur & pes à tenuissima cuticula dependit, & extra dispersa: tres vixit horas monoscelsos, confessus & extremis munitus, ad mortem usq; plenus iudicio: vix exprimi potest, quo dolore generosum hunc, rerumque bellicarum peritissimum Principem Generalem Campi-rei tormentaria Præfectum prosequantur Generales omnes, Duces, Officiales & gregarii totius Exercitus: Baro de Soyè Hispanorum Orator, qui eidem in eodem loco adſit, eodem tactus fulmine sub cõxehdice Spiræ decumbit commissus chirurgis vulnerata fedi pro virili medelam adhibituris: Marchio de Grana sub noctem 28 vãm inter & 9nã brachio propè humerum vulneratus; Comes Mansfeldic⁹ leve vulnus circumfert pede, Supremus Vicarius Legionis Franconicæ D. Roth pectore gravius, quò jam tum è vivis sublatas. Princeps de Luxemburgh omni quò poterit modo laborabile obſessus succurrere: contra Princeps Lotharingicus quibuscumque ejusdem conatibus antevertens annuit & ne Rhenum magna moles asserum seu arborum improvise cum annona & milite perumpat, pluribus cætenis Rhenus firmatur, multique in litore machinis armatur, magituris in Gallos, si qui perruptis cætenis descenderent: porrò terrã excubamus accuratissimè, dimicatur cum Principe

Imprimebat P. TRYS HILDEN S. C. M. P. R.

de Luxemburgh, qui iustus vi terrã seu Rheno Philippoli ferre opem, quamvis universus periclitatur Exercitus.

*Frisericopolis, 1. Augusti.*

**D**Anorum Orator ad superiorem & inferiorem Rheni circulos olim legatus D. Orth nudus tertius Electori nostro Palatino valedixit, & heri hinc discessit. Obsidioni Philippopolenti proximis obſidentes colophonem addent victoriosi, vix enim exprimit lingua, quam vehementi fervore in mœnia arietent, memorantque transfugæ, præſidiariorum vix mille superesse, temp⁹ aliquod impares continuis insultibus retundendis: In eadem obſidione occubuit sup. Vig. Magister militis Franconici D. Brassart.

*Hagã Comitibus, 4. Augusti.*

**B**aronem de Sparr quamvis in Anglia sedulo labore conetur exulcerationes Svecicas commendare Rēgi Britannorum; profecturum nihil aurumam, cum Rex Daniæ Svecicis, quas expugnat, Civitatibus restituarur hereditario jure. Rudolphus Camphusen gloriatur hucusque, unico tormenti fulmine totam le peditem equitumve centuriam proſſigare & robustam navem disfringere posse; tandem à Thalasfarchiã Roterodamensi nactus lapsa Iovis licentiam dandi specimen suæ peritiz, cum ratem certo in litore; turi verò quinquaginta palos ad modum centuriz pedestris in acie stantis fixos ferire propõneret, territus nimio militum spectatorum concursu, non audebat id operis aggredi; sub vesperam autem, paucis spectantibus, primum, secundum, tertiumque globos octodecim librarum jacti frustra in navem propositam; non audens ligneam verberare centuriam: irritati spectatores certius tetigissent jactabundũ hunc machinatorem; nisi bipennigeri eum propugnassent, decepti paulò post in risu effusi exclamabant, *O vera avis rannigera!*

*Antverpiã, 4. Augusti.*

**G**ubernator Belgicus Dux de Villa Hermosa penultima lapsi cum milite suo è Nevele in Deynse contessit, ibidem cum Hollandis præſtolaturus Comitem de VValdeck, qui propè VVarren Scaldim trajecit Comes de Egmont in urbem Arien docto dicitur stragetate cum tribus peditem legionibus irrephisse; non impeditus decem Gallorum millibus, quibus circumſecta arctissimè; immò quod majus, multi ruricolam doctè penetrarunt: referunt nonnulli, metu huj⁹ præſidii Gallos obſidionem solvisse.

*Ex Castris obſidentibus Trajectum, 3. Augusti.*

**H**ollandi è munitione Donphin dicta nuper iceratò expulsi, novis viribus animos & arma majoribus apparatus communiunt ad tertium faciendum felicis impetum; illamq; viriliter occupandam: factu hoc erit minus arduum; cum ad pedem ejus subsistant, & interjacentem foveam terrã compleverint: agimus intèrè cuniculos ut prodantur hostiles, prodici annihilentur: hodie duos suggestus perficimus nuper strui ceptos, vix bombardæ fulmen siros ab exterioribus obſessorum aggeribus: proximã nocte non medicabimur impetum.

*Ex Hildem, 4. Augusti.*

**C**alidè & callide geritur res intus & extra: à sãda clapi arietamus continuo centum & pluribus tormentis, omnium tamen vehementissimè ac furiosissimè festo S. Jacobi, mœnia, & humiliamus Hostis suggestus tormentarios. Accedimus propius ac propius; & nuic ab exterioribus propugnaculis *Contraſcæpe* non multum absamus. Erexere Galli circum urbem novem munimenta, quæ *bastions* vocant, indito singulis à quodam suorum Archi-Strategorum quondam occupantium cognomine, muris ea circumdederunt crassissimis, fornicatã intus concavitate; è qua clam sedesim locis patet displodendo omni bombardarum generi. Nos sine assultib⁹ ijsque cruentis voti non siemus compotes: erunt ijs crebriores; ubi suppetiã Treviris, Luxemburgo, & è VVestphalia appropèrantes ad nos accesserint.